



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5. Vtrum voluntas humana Christi fuerit omnino conformis voluntati
diuinæ in volito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

Ita 7. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum, quod est actus liberi arbitrij, ergo in Christo fuit liberum arbitrium.

RESPO. Dicendum, quod sicut dictum est, in Christo fuit duplex actus uoluntatis, unus quidem, quo eius uoluntas ferebatur in aliquid, sicut secundum se uoluit, quod pertinet ad rationem finis: alius autem, secundum quem eius uoluntas ferebatur in aliquid per ordinem ad aliud, quod pertinet ad rationem eius, quod est ad finem. Differt, ut Phil. dicit in 3. Eth. * electio a uoluntate in hoc, quod uoluntas, per se loquendo, est ipsius finis, electio autem eorum quae sunt ad finem. Et sic simpliciter uoluntas est idem, quod uoluntas ut natura. Electio autem est idem, quod uoluntas ut ratio, & est proprius actus liberi arbitrij, ut in prima parte dictum est. Et ideo cum in Christo ponatur uoluntas ut ratio, accessit etiam ponere electionem, & per consequens liberum arbitrium, cuius actus est electio, ut in prima parte habitum est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Dam. excludit a Christo electionem, secundum quod intelligit in nomine electionis importari dubitationem. Hec tamen dubitatio non est de necessitate electionis, quia etiam Deo conuenit eligere, secundum illud Ephes. 1. Elegit nos in ipso &c. cum tamen in Deo nulla sit dubitatio. Accidit tamen dubitatio electioni, in quantum est in natura ignorante. Et idem dicendum est de alijs, de quibus fit mentio in auctoritate predicta.

AD SECUNDUM dicendum, quod electio presupponit consilium, non tamen sequitur ex consilio, nisi iam determinato per iudicium. Illud enim, quod iudicamus agendum, post inquisitionem consilij eligimus, ut in 3. Eth. dicitur. * Et ideo si aliquid iudicetur ut agendum absque dubitatione & inquisitione precedente, hoc sufficit ad electionem. Et sic patet, quod dubitatio siue inquisitio non per se pertinet ad electionem, sed solum secundum quod est in natura ignorante.

AD TERTIUM dicendum, quod uoluntas Christi licet sit determinata ad bonum, non tamen est determinata ad hoc uel ad illud bonum. Et ideo pertinet ad Christum eligere per liberum arbitrium confirmatum in bono, sicut ad beatos.

A tē Christi: sed charitas est facere quod homo idē uelit quod Deus. unde & Phil. in 9. Eth. * dicit, quod unum de amabilibus est eadē uelle & eligere. ergo uoluntas humana in Christo nihil aliud uoluit, quam diuina.

¶ 3. Preter. Christus fuit uertus comprehensor: sed sancti, qui sunt comprehensores in patria, nihil aliud uolunt, quod Deo uult, alioquin non essent beati, quia non haberent quicquid uellent: beatus. n. est qui habet quicquid uult, & nihil mali uult, ut Aug. dicit in lib. de Trin. * ergo Chrs nihil aliud uoluit quam uoluntate humanā, quod uoluit uoluntas diuina.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit contra Maximinum: In hoc quod Christus ait, Non quod uolo, sed quod tu, aliud se ostendit uoluisse, quam pater, quod nisi humano corde non posset, cum infirmitatem nostram in suum, non diuinum, sed humanum transfigeret effectum.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, * in Christo secundum humanam naturam ponitur multiplex uoluntas. scilicet uoluntas sensualitatis, quae participatiue uoluntas dicitur, & uoluntas rationalis, siue consideretur per modum naturae, siue per modum rationis. Dictum est autem supra, * quod ex quadam dispensatione filius Dei ante suam passionem permittebat carni agere, & pati quae sunt ei propria. Et similiter et permittebat omnibus uiribus agere, & pati quae propria. Manifestum est autem, quod uoluntas sensualitatis, refugit naturaliter dolores sensibiles, & corporis lesionem. Similiter et uoluntas ut natura, repudiat ea, quae sunt secundum se mala, puta mortem, & alia huiusmodi: sed haec tamen uoluntas, quandoque per modum rationis eligere potest ex ordine ad finem. Sicut est in aliquo puro homine sensualitas eius, & etiam uoluntas absolute considerata refugit uisionem, quam tamen uoluntas secundum rationem eligit propter finem sanitatis. Uoluntas autem Dei erat, ut Christus dolores & passiones & mortem pateretur, non quod ista essent a Deo uolita secundum se, sed ex ordine ad finem humanae salutis. unde patet, quod Christus secundum uoluntatem sensualitatis, & secundum uoluntatem rationis, quae consideratur per modum naturae, aliud poterat uelle, quam Deus: sed secundum uoluntatem, quae est per modum rationis,

luisse mortem propriam, quam non constaret eundem uoluisse uoluntate diuina.

In corpore articuli respondetur quaestioni cum distinctione duabus conclusionibus. Distinctio est de triplici in Christo humana uoluntate, hoc est, uoluntate sensualitatis, uoluntate rationali, ut est natura, & uoluntate rationali, ut est ratio. Prima conclusio est, Christus secundum uoluntatem sensualitatis, & secundum uoluntatem rationalem per modum naturae, poterat aliud uelle quam Deus. Secunda conclusio est, Christus secundum uoluntatem per modum rationis, semper idem uoluit quod Deus. Probatur simul dupliciter, primo ratione, secundo auctoritate. Ratio est ista: uoluntas sensualitatis naturaliter refugit, & lesionem corporis & dolores sensibiles, & uoluntas ut natura repudiat, & contraria naturae, & secundum se mala: & uoluntas per modum rationis eligit, quandoque haec eadem ex ordine ad finem: & uoluntas Dei erat, ut Christus mortem pateretur, non quod ista uellet secundum se, sed in ordine ad finem. ergo Christus secundum uoluntatem sensualitatis, & secundum uoluntatem per modum naturae, poterat aliud uelle, quam Deus, & secundum uoluntatem per modum rationis, semper uoluit idem quod Deus.

Antecedens habens quatuor partes, quod ad primas tres partes probat ex hoc, quod uidemus sensualitatem, & uoluntatem ut naturam refugere aduisionem, quam tamen uoluntas per modum rationis, quandoque eligit propter sanitatem acquirendam. Consequentia autem probatur, Filius Dei ex quadam dispensatione ante passionem suam permittebat omnibus uiribus animae agere quae propria sunt eis. ergo permittebat in Christo uoluntatem sensualitatis refutare

l. p. c. 4. co. 5

Lib. 1. de tri. c. 5. in fi. & c. 6. to. 3.

Lib. 1. cont. Max. c. 19. in medio. to. 6.

art. 1. 2. & huius q.

q. 14. art. 1. ad 2.

D. 119.

ARTICVLVS V.

Utrum uoluntas humana Christi, fuerit omnino conformis diuinae uoluntati in uolito.

Titulus clarus est de conformitate uoluntatis Christi humanae ad diuinam in uolito. Nam de conformitate in modo uolendi nulla est questio, cum impossibile sit uoluntatem creatam uelle eo modo, quo uult Deus: sed an circa rem uolita fuerit conformitas, ita quod nihil uoluerit secundum appetitum humanum, quod alienum sit a uolito secundum diuinam uoluntatem, in dubium uertitur, propterea quod legitur Christum secundum hominem non

AD QUINTUM sic procedit. Vt quod uoluntas humana in Christo non uoluerit aliud, quam Deus uult. Dicitur enim in Psal. 39. ex persona Christi, ut facere uoluntatem tuam, Deus meus, uolui: sed ille qui uult uoluntatem aliquid facere, uult quod ille uult. ergo ut quod uoluntas humana Christi nihil aliud uoluerit, quam uoluntas diuina ipsius. ¶ 2. Preter. Anima Christi habuit perfectissimam charitatem, quae etiam comprehensionem nostrae scientiae excedit, secundum illud Ephes. 3. Supereminentem scientiae charitatem

Terria S. Thome. L 3 lafionem

tionem absolute, &c. & voluntate ut naturam repudiare mortem absolute, & voluntatem ut rationem acceptare eandem in ordine ad finem humane salutis. Vbi patet, primas duas voluntates aliud velle, quam Deus, & tertiam velle idem, quod Deus. Assumptum ad probandum consequentiam probatur, quia supra dictum est, quod filius Dei ex quadam dispensatione permittebat carni agere & pati, quod sunt ei propria: ex hoc enim sequitur per viam rationem similis, quod similiter permittit viribus anime agere que eis sunt propria. Deinde probantur ambae conclusiones auctoritate vnicuique Christi orantis ad Patrem, Non sicut ego volo, sed sicut tu. In his, non verbis, triplex voluntas patet scilicet diuina in se, humana conformis diuine in se, sicut tu (quae est voluntas per modum rationis) & humana aliud volens, quod diuina in se, non sicut ego volo. Et haec est voluntas rationalis per modum naturae, repudians mortem absolute, & volens sensualem, resurgens dolores sensibiles &c. Patet ergo ex hac auctoritate utraque conclusio.

¶ Nota nouicia, quod in ratione ad primum clarius explanatur, tamen actus voluntatis per modum naturae quod actus voluntatis ex propria natura habet obiectum abstrahens ab ordine ad diuinam voluntatem, & propterea quantum est ex parte obiecti, non spectat ad hos motus, conformitas ad diuinam voluntatem. Dico autem quantum est ex parte obiecti, quia ex parte subiecti est actus istius conformis diuinae voluntati in beatis: ita quod in Christo ante mortem & beatorum, diuina voluntas in volente ex parte subiecti oritur: quia scilicet Christus animam & carnem passibilem habebat, beati autem non. Hinc enim fit, ut Christi voluntati naturali & sensuali occurrerent aliqua ut contraria & lesiua, quod beatis ex parte ab omni possibilitate mali occurrere nequeat, & propterea beati est secundum naturam voluntatis motus, & secundum appetitum sensitiuum conformantur diuinae voluntati in volente, Christus autem non. Et scito quod isti voluntatis motus, qui in aliud tendebant in Christo, nihil aliud sunt quam uelleitates: ut siquidem loquendo, actus voluntatis per modum naturae distinctus contra actum voluntatis per modum rationis contrarium eligentis, nihil aliud est quam uelleitas, de qua dicitur in Ethica quod est etiam impossibile: ita quod in beatis nec electio, nec uelleitas est ad aliud uoluntatem, quam quod Deus uult. In Christo autem electio omnis conformis Deo fuit in uolente, sed non omnis uelleitas eius fuit conformis Deo in uolente habuit. Christus uelleitatem non patienti crucem, quam tamen elegit, quia Deus sic uolebat. Et simile est in nobis, cum dolemus de morte iuste patientium, & plagis iuste a Deo nobis inflictiis, & alijs huiusmodi. Vellemus, non haec non esse, ueruntamen, fiat uoluntas Dei, dicimus, & uolumus si non exorbitamus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod Christus per uoluntatem rationalem uoluit, ut diuina uoluntas impleretur, non autem per uoluntatem sensualem, cuius motus non se extendit uisus; ad uoluntatem Dei, neque per uoluntatem, quod consideratur per modum naturae, quae fertur in aliqua obiecta absolute considerata, & non in ordine ad diuinam uoluntatem.

¶ Ad secundum dicendum, quod conformitas uoluntatis humanae ad uoluntatem diuinam, attenditur secundum uoluntatem rationis, secundum quam et uoluntates amicorum concordant, in quantum, scilicet ratio considerat aliquod uoluntatem in ordine ad uoluntatem amici.

¶ Ad tertium dicendum, quod Christus fuit simul comprehensor & uiator, in quantum scilicet per mentem fruebatur Deo, & habebat carnem passibilem. Et ideo ex parte carnis passibilis poterat in

¶ Super Questionis 18. Articulum primum.

Titulus clarus quod ad quid nominis: in corpore autem manifestatur quid sit contrarietas uoluntatum, & secundum quae attendatur, nempe secundum contrarietatem obiectorum, ut uolentis, nolentis, & similibus.

¶ In corpore articuli duo sunt. primo monstratur, in eodem in quo consistit contrarietas uoluntatum; secundo, respondetur quaestioni.

¶ Quod ad primum conclusio est. Ad contrarietatem uoluntatum in aliquo requiritur, quod oppositio uoluntatum sit & circa idem, & in eadem uoluntate. Probatur primo conclusio haec ex eodem ratione

F contrarietatis, quam addit supra diuersitate: contrarietas, non species est diuersitatis. Sed inter contrarietatem, & diuersitatem hoc interest, quod contrarietas addit supra diuersitate oppositionem, secundum idem, & in eodem. Procedit ergo littera sic. Contrarietas exigit oppositionem in eodem secundum idem. ergo contrarietas uoluntatum in aliquo exigit oppositionem uoluntatum secundum idem, & in eadem uoluntate. Antecedens probatur: quia si diuersitas sit in diuersis, aut secundum diuersa, non est contrarietas. Probatur, quia non est contradictio, contrarietas namque contradictione in se claudit. Deinde declaratur eadem conclusio quod ad illam particulam, secundum idem ex diuersis rationibus uolendi, & nolendi unum & idem (puta mortem Sortis pro commune uel priuatum bonum) dupliciter se habentibus, uel ut diuersis tamen, uel non solum ut diuersis, sed oppositis, ut patet in exemplo litterae, de uoluntate principis circa mortem Sortis Ieronimi pro bonum publicum, & uoluntate parentis, uel non moriatur propter bonum proprium: quoniam enim hic sunt ambae uoluntates diuersae quidem sunt, sed non contrariantur, quia licet contraria uelint (scilicet mori illum, & non mori illum) diuersa tamen est ratio uolendi mortem, & uolendi non mortem, ac per hoc non est oppositio secundum eandem rationem uolendi. Sed si non sicut hic, sed uoluntas parentis circa non mori propter bonum proprium, opponit bonum proprium bono rationis, iam non sola est diuersitas rationum uolendi. I. uolens & proprius, sed est oppositio earundem: quia eorum bonum tollitur per proprium in ratione uolendi. Vincit enim amor proprius amorem boni boni, & expellit illud a ratione uolendi, & uult filium non mori, etiam contra eorum bonum ob nimium amorem proprii boni. Demum declarat eandem conclusio quod ad illam particulam, in eadem uoluntate ex diuersis appetitibus, dupliciter etiam dispositis, uel cum sola diuersitate, uel cum diuersitate habentibus etiam oppositionem. V.g. Appetitus rationalis uult bonum rationis, appetitus sensuali uult bonum delectabile secundum sensum. Si hic sicut diuersitas appetituum est sola: sed si ultra progreditur ex parte subiecti appetitus boni delectabilis, ut immutat appetentem uel ad tardandum, uel mutandum appetitum boni rationis, iam non sola diuersitas est appetituum, sed oppositio, quia opponit se appetitus delectabilis contra appetitum rationis, & uincit illum, cum immutat illum uel annullando, uel debilitando illum ex parte appetentis, uel si uel non uelit bonum rationis tunc, uel debilitet uelit illud. Hoc autem quod dicimus de oppositione appetitus sensitiui ad rationalem, intelligendum quoque est locum habere inter actum uoluntatis per modum naturae & actum electionis. nam cum diuersa tendit, si uoluntas naturalis intantum protenditur, ut opponat se electioni, & uincat illam, contrarietas uoluntatum est, ut si quis electurus dispensandum honoris, famae, ac uita, ob bonum uirtutis, a naturali uoluntate uita, honoris gloriaeque uincatur.

¶ Articulus VI.
¶ Utrum in Christo fuerit contrarietas uoluntatum.

G AD SEXTUM sic proceditur. ¶ Vbi quod in Christo fuerit contrarietas uoluntatum. Contrarietas namque uoluntatum attenditur secundum contrarietatem obiectorum, sicut etiam contrarietas motuum attenditur secundum contrarietatem terminorum, ut patet per Philo. in 5. Physicorum. sed Christus secundum diuersas uoluntates contraria uolebat, nam secundum uoluntatem diuinam uolebat mortem, quam refugiebat secundum uoluntatem humanam. unde Ath. dicit in libro aduerfus Apollinariu, Quod Christus dicit, Pater, si possibile est, non fiat mihi calix iste, & tamen non mea, sed tua uoluntas fiat, & iterum, Spiritus promptus est, caro autem infirma, duas uoluntates hic ostendit: unam humanam, quae propter infirmitatem carnis

diuersa tamen est ratio uolendi mortem, & uolendi non mortem, ac per hoc non est oppositio secundum eandem rationem uolendi. Sed si non sicut hic, sed uoluntas parentis circa non mori propter bonum proprium, opponit bonum proprium bono rationis, iam non sola est diuersitas rationum uolendi. I. uolens & proprius, sed est oppositio earundem: quia eorum bonum tollitur per proprium in ratione uolendi. Vincit enim amor proprius amorem boni boni, & expellit illud a ratione uolendi, & uult filium non mori, etiam contra eorum bonum ob nimium amorem proprii boni. Demum declarat eandem conclusio quod ad illam particulam, in eadem uoluntate ex diuersis appetitibus, dupliciter etiam dispositis, uel cum sola diuersitate, uel cum diuersitate habentibus etiam oppositionem. V.g. Appetitus rationalis uult bonum rationis, appetitus sensuali uult bonum delectabile secundum sensum. Si hic sicut diuersitas appetituum est sola: sed si ultra progreditur ex parte subiecti appetitus boni delectabilis, ut immutat appetentem uel ad tardandum, uel mutandum appetitum boni rationis, iam non sola diuersitas est appetituum, sed oppositio, quia opponit se appetitus delectabilis contra appetitum rationis, & uincit illum, cum immutat illum uel annullando, uel debilitando illum ex parte appetentis, uel si uel non uelit bonum rationis tunc, uel debilitet uelit illud. Hoc autem quod dicimus de oppositione appetitus sensitiui ad rationalem, intelligendum quoque est locum habere inter actum uoluntatis per modum naturae & actum electionis. nam cum diuersa tendit, si uoluntas naturalis intantum protenditur, ut opponat se electioni, & uincat illam, contrarietas uoluntatum est, ut si quis electurus dispensandum honoris, famae, ac uita, ob bonum uirtutis, a naturali uoluntate uita, honoris gloriaeque uincatur.

¶ Circa hanc conclusionem nota, quod in conclusione non dicitur contrarietatem uoluntatum requiri haec duo, sed dicitur quod requiritur ad contrarietatem uoluntatum in aliquo. Apponit quidem Auctor in aliquo, ad monstrandum quod de contrarietate uoluntatum in uno & eodem modo loquitur. Et dixit hoc, quia sciebat, immo est in hac littera docet, quod ad contrarietatem uoluntatum simpliciter & absolute non requiruntur haec duo, sed alterum unum sufficit, ut patet in exemplo litterae de uoluntate principis, & uoluntate pa-